



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Interdictum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

sive scriptas, ad id pertinentes legere, docere, alijsve tradere, vendere, vel apud se retinere præsumat. Gregorius XIII. in eadem sua Constit. pag. 78.

De Societatis Instituti declaratione vide verbo *Constitutiones*. §. 1. & 2. & verbo *Generalis*. §. 5. & 6.

§. 3.

Idem per Gregorium. XIV.

Nè Societatis Institutum, Constitutiones, aut Decreta, vel ex iis, aut illa concernentibus quippiam impugnent, vel alterari curent; aut contra, vel præter ea agant, vel quippiam ulli alii alterandum, præterquam Romano Pontifici, idque immediate, vel per Legatum; aut Societati, vel Præposito proponant. Gregorius XIV. Constit. pag. 99.

INTERDICTUM.

§. I.

Facultas celebrandi tempore interdicti.



Offant Nostri in locis in quibus degunt, & eos pro tempore morari contigerit, tempore Interdicti, quavis, etiam

H

Apo-

a, &
Ordi-
a de-
ostoli-
um,
m ip-
e Gre-
t, aut
omni-
a con-
etiam
directè
dicere
Con-

io.
ve ex-
illius
Præ-
aratio-
stituto,
is con-
edita
a, nisi
retari,
cuiquã
lubium
ec glos-
ressas,
sive

Apostolicâ auctoritate appositi, januis clausis, & excommunicatis ac interdictis exclusis, submissâ voce, Missas & alia Divina Officia celebrare, Sacramenta recipere, & aliis ministrare, dummodo ipsi causam non dederint Interdicto, nec contingat id ipsis specialiter interdicti. Paulus III. pag. 11.

§. 2.

Idem pro Nostris familiaribus, &c.

Si quando in terris, in quibus aliqui ex Nostris resederint, vel in eorum personas, sententiam Excommunicationis, aut Interdicti promulgari conigerit; pueri, seu familiares, nostris servitiis deputati, & eorum, ac Societatis negotiorum procuratores, & operarii, hujusmodi sententiis obnoxii minimè habeantur: ibique possunt audire divina, nisi eisdem causam dederint, vel eosdem specialiter excommunicari, seu interdicti contigerit. Paulus III. d. pag. 11.

§. 3.

Idem privilegium de Interdicto speciali.

Per privilegia Augustinianorum, quæcumque concessa sunt Societati pro tempore Interdicti generalis, ea omnia concessa intelliguntur pro tempore Interdicti specialis. Julius II. per Bullam, dat. 30. Jun. 1508. Incipit: *Religionem vestram.*
Habe-

Habetur Originalis in Archivio Rom. Augustinianorum: est §. in eorum Bullario.

§. 4.

Privilegium pro administrandis Sacramentis familiaribus, &c.

Per privilegium Monachorum S. Benedicti in Hispania, possunt Nostri tempore Interdicti generalis, vel specialis, à jure vel ab homine quomodocumque lati, liberè in Nostri Domibus, & Collegiis suis, Ecclesiis, aut Capellis, recipere ad audiendum Missam, & alia Divina Officia, quoscumque familiares, officiales, & servitores cujuscumque Domûs, aut Collegii Nostrorum, ac eis Eucharistiam & alia Ecclesiastica Sacramenta ministrare, eorumque corpora tumulare, sive tumulari facere, dum tamen nullus istorum dederit causam Interdicto; secreto tamen modo, januis clausis, & campanis non pulsatis. Concessit Evgenius IV. per Bullam authenticam: ut in Comp. Min. V. *Interdictum.* 3. §. 11.

Quod hic de Sacramentis dicitur, intelligatur juxta id, quod verbo Familiares. §. 5. in Communicatione dictum est.

§. 5.

Quenam possint Nostri tempore Interdicti.

Possunt Nostri tempore Interdicti & cessati-

fationis à divinis, quacumque auctoritate, etiam Apostolicâ, impositorum, (dummodo hujusmodi Interdicto causam non dederint, nec id eis contigerit specialiter interdicti) apertis januis, pulsatis campanis, nominatim interdictis & excommunicatis exclusis, Missas, processiones, & alia Divina Officia solemniter in cantu celebrare, quoties Professionem emiserint, aut primam Missam celebraverint, seu eos in Ecclesiis, vel cœmiteriis Domorum, vel Collegiorum, seu aliorum locorum Nostræ Societatis humana cadavera Ecclesiasticæ tradere sepulturæ continget. Leo x. per Bullas: alteram dat. 20. Maji 1515. Incipit: *Religionis, sub qua*: alteram 21. Mar. 1522. Incipit: *Sanè Religionis*: ut in Bull. Regul. ordine 38. & 39.

Possunt Nostri in Divinis Officiis more Societatis celebrandis, & Nostrorum sepulturis, uti hoc privilegio, ubi ceteri Religiosi uterentur, & Prelati non offenderentur; alioquin nè utantur.

§. 6.

Idem tempore cessationis à Divinis.

Ex declaratione facta Minoribus per Leonem x. concessum est Nostris in foro conscientiæ, quòd in forma observationis nulla sit differentia inter cessationem à Divinis, & Interdictum quodcumque.

que. Habetur inter Oracula hujus Pontif. in Bull. Regul. n. 8. & quidem perinde valere jussit, ac si intervenisset signatura Papæ.

§. 7.

Hora canonica tempore Interdicti.

Tempore Interdicti, aut cessationis à Divinis, possumus in foro conscientiæ, duo vel plures, extra Ecclesiam in domibus Nostri, Officium Divinum dicere: & quando extra chorum horas dixerimus, si transeuntes personæ interdictæ casu aliquid audierint, nullam propterea censuram incurremus. Nec tenentur evitare laborantes in Nostri Domibus, aut Collegiis, diebus quibus laboraverint, etiamsi non sint famulares, & servitores, continui commensales Nostri, & eis solvatur salari-um. Concessit Leo x. Oraculo authenticato, ut proximè dictum est, atque ibidem; sed n. 9.

Pro usu hujus Privilegii statuet Præpositus Generalis, cui Superiori reservanda sit ejus permissio.

§. 8.

Tempore Interdicti, possumus certis debus publicè celebrare Divina.

Per concessionem, factam Ordini S. Hieronymi in Hispania post Tridentinum, possunt Nostri in suis Ecclesiis, tempore

Interdicti generalis, vel specialis, etiam auctoritate Apostolicâ apponendi, Officium Divinum, & Missam altâ voce, & januis apertis publicè celebrare, & omnes Christi Fideles illis assistere liberè, & licitè, videlicet Epiphaniæ, Ascensionis, Assumptionis B. M. singulorum Apostolorum, in Dominica Palmarum, feriâ 5. 6. & Sabbato hebdomadæ majoris, in Festo SS. Trinitatis, Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, & Visitationis B. M. Nativitatis S. Joannis, S. Marci, S. Lucæ, & omnium Sanctorum, & in Commemoratione etiam omnium Defunctorum pro Missa, & Processione; & in die obitus alicujus Nostri Religiosi pro Missa, & Officio, pro ipso defuncto dicendis. Concessit Pius V. per Bullam, datam 23. Decemb. 1567. Habetur in Compendio Privil. ejus Ordinis, Romæ excuso. A. 1592. V. *Interdictum.* §. 9.

Attendendum semper est, nè in usu horum Privilegiorum quicquam fiat contra Decretum Concilii Tridentini Sess. 25. Cap. 12. de Regular.

~~~~~

## INTERPRETATIO.

Vide verbo *Declaratio.*

IRRE-